UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Repetitio Clem. I. Ut Clericorum De Officio Ordinarii

Aufréri, Étienne

Leodii, 1702

Svmmarivm Clem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-63069

Visual Library

REPETITIO

SOLEMNIS AD CLEMEN, UT CLERIC. DE OFFI. ORD.

Per Stephanum Aufrerium facta in ſtudio Tholoſano, Anno Domini 1485

SUMMARIUM CLEM.

Epiſcopi ita corrigere debent Clericorum exceſſus, quod metu pœnæ ipſi arceantur, & alij pertimeſcant. Ita Iohan. Andreas.

Clemens 5. in Concilio Vienenſ.

UT Clericorum audacia, qui prætextu privilegij Clericalis ordinis impunitatem exceſſuum obtinere ſperantes nõnulla multoties committunt enormia, per quæ diffamatur Eccleſia, & ſcandala gravia in populo generantur, potiſſimè cùm talia per Epiſcopos, ad quos horum ſpectat correctio, deferantur (ut plurimum) incorrecta, propenſius compeſcatur: Eiſdem Epiſcopis diſtrictè injungimus, quatenus ſic, circa correctionem Clericorum hujuſmodi vigilanter intendant, & diligenter ſui officii debitum exequantur, quod & eidem Clerici metu pęnæ à ſuis inſolentiis arceantur, & alii eorum exemplo perterriti ad ſimilia proſilire meritò pertimeſcant,